

Programma, Quo Magnificum Dn. Rectorem, Universum Universitatis, Civitatis, & Rev. Ministerii Senatum ... ad Disputationem Inauguralem, ... Dn. Bernhardi Barnstorffii, Rostochiensis ... Ad d. XV. Sept. ... solemniter habendam Ea, qua par est, Observantia & Humanitate invitat Joannes Jacobus Döbelius, Med. D. P. P. Poliater, & Facultais suae p. t. Decanus

Rostochi[i]: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn73013458X>

Druck Freier  Zugang



R U. med. 1670.

Johann Jacob Döbel Praes.

Bernhard Barnstorff Rop

TO MEDICA
GURALIS
DE
VIRGINEO
SEU
NUM COLORIBUS,

Quam
DEO Opt. Max.
te Amplissimi Collegii Medici,
ad Varnum Academia,

PRÆSIDIO

LLENTISSIMI, AC EXPERIENTISSIMI

NNIS JACOBI
BELII,

Soris Public. celeberrimi, Poliatri
tatis Medicæ DECANI spectabilis,
oris, ac Præceptoris ævitemnum
evidērāndi,

LICENTIA

a Honores, Insignia & Privilegia
ia ritè consequendi,

Eruditorum examini sīstit

S BARNSTORFF,
stochiensis.

r. Horis ante & post meridianis
TORIO MAJORI.

STOCHII,
II, Universit. Typogr. Anno 1670.

3

4

PROGRAMMA,
Quo
MAGNIFICUM DN. RECTOREM,
Universum
UNIVERSITATIS, CIVITATIS,
& Rev. Ministerii
SENATUM,

Omnes denique Literarum pariter ac Literatorum,

ARTIS præprimis MEDICÆ

Patronos, Fautores, Cultores,

ad

Disputationem Inauguralem,

CLARISSIMI & PER-EXIMII

DN. BERNHARDI
BARNSTORFFII,

Rostochiensis,

more recepto,

In Acroaterio Majori, Ad d. XV. Sept.

Horis ante & pomeridianis

solemniter habendam,

Ea, qua par est, Observantiâ & Humanitate
invitat

JOANNES JACOBUS DÖBELIUS,

Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis suæ

p. t. DEGANUS.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXX.

Pulchritudinem liberalem esse Sanitatis florem: haud
in scite dixit, quicunq; dixit. Flores *Ezg̃d̃ t̃enyā*, Veris
pr̃x primis esse sobolem, quis est, qui ignoret? At verò a-
mabilis vultus Species, coloris Suavitas, & spectabilis
membrorum decor, cui, quam vernanti familiaris est ætati?

Injicit

Manus Formæ damnoſa ſeneclus,

Quæ ſtrepitum p̃aſſu non faciente venit!

Ovid. III.
Trist. Eleg.
VII.

Vario prius pectitur Tellus discriminē, depositoq; tandem
squalore, *nitens ſua ſemina poſcit:*
quam Flores, terreftria illa Sidera, gremio ſuo reddat. Pul-
chritudinem veram fidamq; ab alio unquā mortaliū expe-
ctet nemo: niſi, cujuſ vario Corp⁹ motu exercitum, Calidū-
que intus debite ventilatum, & aſſumpta probe ſubigat, &
ſecernenda ſecernat, & nutritura, ſpirituosiora lucidioraq;
magis magisq; redditā, totiq; communicata, velut flores Ve-
ris jucundiſſimos, fididiſſimosq; optimæ diſpoſitionis teſtes,
in ſuperficiem corporis, maxime tu. Vultum, debito nitore
protrudat. Florum amœnitas adeo plerosq;, etiam meli-
oris mentis, tenet: ut, ſi novum apud ſe raruſe naſci flo-
rem videant, velut Argum aliquem deputent, qui obſervet.
Quin ægrius ſæpe iis eſt, ſi quis nov⁹ flos intercidat: quam,
ſi amicus vetus. Haut multi anni ſunt, quod bulba Co-
ronæ, Imperialis dictæ, venierit ſexaginta aureis, & Tulipam,
novo exoticōq; colore, à Turcico Galero nomen for-
titam, ita quidam deperierit: ut alteri, mille florenorum
preſtum oſſerenti, vendere eam recuſaret. Hosce quidem
Hortenſios ſuo nos relinquimus loco: ſed tamen eò Pul-
chritudinis ascendit preſtum, uti non hominem tantum;
ſed & iſipſum Deum, Formatorem Omnia pulcherriſſimum
ad ſe alliciat, & Hic etiā, miſeriſ nobis, ſola Formæ elegantia
ſeſe ſæpè commendet. Non attingam impræſentiarum

Gen. 39, 6. I. Pulchritudinem Josephi, Davidis, Absalonis, Adonias, Da-
Sam. 16, 12. 18 nielis, Eleazar: neq; de Saræ ſpecie, aut Rebeccæ decore,
II. Sam. 14, 25. 26. I. Reg. aut
16, Dan. 1, 15. II. Maccab. 6, 13. Gen. 12, 11, 14. & cap. 24, 6.

aut venustate Rahel, aut formositate Abigail, aut amibili- Gen. 29, 17. I.
tate Thamar, aut Abisag gratia quicquam dicam. Illud Sam. 25, 3. II.
saltem haud reticuisse liceat, quā, ad commendationē Sui, Sam. 13, 1. c.
speciatim dicatur Esther formosa valde, incredibili pulchri- 14, 27. I. Reg.
tudine, omnium oculis grata, & amabilis visu: quam Jo- 1, 4.
bi, in integrū jā restituti, Filiae prædicentur, quod nō fuerint Esth. 2, 15.
inventæ æq; speciosæ in Universa terra: quamq; gloriosam Job. 42, 15.
illam Holofernus debellatricem Judith singulari sacer Co- Judith. 8, 7.
dex emphasi extollat: quod ejus Pulchritudinem ampliaverit cap. 10, 3. 7.
ipse Deus, uti incomparabili omnium oculus appareret decorum.
Quando idem sacer Codex vanitatem redarguit eorum, in
quibus non subest scientia Dei, quiq; ex operibus non a-
gnoscunt Artificem; sed aut Ignē, aut Spiritum, aut Aërem,
aut gyrum Stellarum, aut Aquam, aut Solem, & Lunam Re-
stores Orbis putant, à Specie ad Speciem argumentatur: Ho-
rum, inquit, si Specie delectati, Deos putaverunt: sciant, quan-
to Dominator eorum speciosior sit: Specie enim Generator hec o-
mnia custodivit. Sponsa spiritualis, amore Speciosissimi sui
capta, ulterius in ejusdem provehi laudes nequit: quam
quod, Speciosus es, exclamet, Formā p̄r̄ filiis hominum: diffusa
est gratia in labiis tua! Iple Sponsa noster cœlestis nihil quasi,
præterspecie, ut ut mystice, in Redamata sua attendēs, quan-
do ea alloquitur, Ecce! inquit, tu pulchra es: Oculi tui columba-
rū: pulchra es / sicut Genitrix, sicut turtrix: Collum tuum, sicut inter
monilia. Quin imò verbis quasi, ut sic loquar, aliquando de-
stitutus, questione saltem pulchritudinem ejus expiscari
laborat: Quam pulchra es, Amica mea, quam pulchra es? quam Cantic. 1.
decora & amabilis es, charissima, in delitiis tuis? Quod si alios,
sive Ecclesiasticos, super pulchritudinis pretio, sive profa-
nos, audiamus authores: tempus nos deficiet, quam
illud totum exhaustiamus. Succincte Augustinus: XV.d.Civit.
Pulchritudo est Bonum Corporis, sed Dei Donum. & Ter- Dei.
tullianus Decor, inquit, vocatur felicitas Corporis, divine d.cult.Fem.
plasti- cap.II.

plastica accessio, & anime aliqua vestis urbanæ. Hanc vestem
inestimabilem si præ cæteris sequior expetat Sexus, ecquid
est miri? cum ex ea quotidie Ille soleat estimari, nemini que
*Diogen. de
vit. & mor.
Phil:*
non rursus expeti; maximè, si sub formosa ista veste
sit formosa anima, neq; hospes mala lateat in optima domo.
Nitidissima in hanc rem sunt Anacreontis, quæ Latina tan-
tum, brevitatis studio, transpono.

Tauro, ferire cornu,
Equo, ferire calce,
Lepori, valere cursu
Natura dat: Leoni,
Dentes biante riſtu.
Pisces docet natare.
Aves docet volare:
Prudentiam viris dat.

At Feminis nequirit:
Quid ergo donat illis?
Decoram habere Formam,
Pro parvulug; cunctis;
Pro Lanceisq; cunctis:
Quin flamma cedat illi
Ferrumq;, si qua Pulchra est.

Collimasse *huc videtur Carneades*, quando Formam
ἀδοξυφόρητον βασιλείαν, Regnum absq; satellitio nominabat.
Habet quippe ea vim, ad benevolentiam, vel solorum ad-
spicientium, conciliandam. Memorabile est, & per quam
venustum, quod refert Plutarchus: Pulcherrima quæ-
piam seminarum, impietatis accusata, defendebatur ab
Hyperide, Oratore certe nobili & ingenioso. Cæterum,
quando hic videret Clientem suam damnationi jam pro-
ximam: Commiseratione ductus, uti quocumque judices
modo flesteret, mulierem producit in medium; discissa-
que veste, nuda judicibus pectora ostendit. Qui mulie-
ris admirati pulchritudinem, extemplo eam dimittendam

In Hyperide. censem. De Dioxippo, Olympiis victore, narrat Ælia-
nus: cum pugilum more Athenas eques, magno populi
concursu, introiret, & alii aliarum, quæ in eo erant, re-
rum pulchritudine caperentur, ipsum medio triumpho,
conjectis in Speciosam quandam oculis, ab ejus adspectu
non potuisse abduci: quin potius Vultum sape mutasse, ut
facile saucius, neq; sui mage cōpos appareret. Ut lalse inde
satis & joculariter ad Populum exclamarit Diogenes Syno-
penfisi:

XII: variar:
historiarum

pensis: En Pugilum ~~et~~ Orum magnum, à Puella confixum! Cæ-
terum, quam efficax & florum & formæ vis est ad alluci-
endum, tam est fugax.

Non semper Violæ, nec semper Lilia florent:

Et riget amissa spina relicta Rosa.

Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos,

Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Ovid: II. art:
amand.

Eleganter Seneca in Hippolyto:

Anceps Forma bonum mortalibus, Languescunt folio Lilia pallido,
Exigu donum breve temporis, Et grata capiti deficiunt Rose.
Ut velox celeri pede laberis? Ut fulgor, teneris qui radiat genie,
Non sic Prata vere novo decentia Momento rapitur, nullag non dies
Æstatis calidae dispoliat vapor, Formosum spolium Corporis abstulit!
Sævit solstitio cum mediis dies, Res est Forma fugax!

Et noctem brevibus præcipitat rotu,

vers. 758. &c.

Hanc Formæ fugacitatem, quo ne speculum dicare Vene-
ri necesse habeant, vel antevertere vel sufflaminare stu-
dent non paucæ: modo tamen non uno. Et profecto!
in hoc Naturæ tam diligentem operam imitari videntur.
Quantam enim ea Corporis nostri habet rationem; quan-
do formam nostram, reliquamq; in qua esset Species ho-
nesta, figuram ponit in promptu: quæ partes autem cor-
poris, ad necessitatem datæ, adspectum essent deformatæ
habituræ, contegit atq; abdit. Inventa hoc videri fine Co-
smetica posset, quæ faciē suco oblinire monstrat vario, sed
necessario. Reperias enim, quæ, uti venustatem germanam
mentiantur, Procisq; magis arrideant, nitidæq; conspic-
antur: jam pertinaci vigorem jejunio emacerent; jam ve-
nam secent; jam frugum Semina, Cuminum, Carbones,
Calcem, Cineres, Cretam, Terram vorent; jam Acetum
hauriant; jam Cilia radant; jam, quod horrendum est, Ce-
russam, purpurissum, melinum, stibium, & si quid hujus-
modi est officiarum, insano facinore extus illinant: ne
quid intermisso videantur illorum, quæ, opinione sua,
nitorem conciliant; revera tamen non nisi luridum ca-
davero-

daverosumq; post se colorē relinquunt. Hujusmodi vero
fucatas ubi confpexeris: merito memineris illius Plautini:

Mulier recte olet, ubi nihil olet.

Mostellar.
act. 1. sc. 3.
vers. 116.

Nam ista veteres, quæ se ungventis unditant, interpoles,

Ubi feso sudor cum Unguentis consociavit: illico

Itidem olet, quasi cum una multa jura confundit cocus.

Quid oleas nescias, nisi id unum, ut male olore intelligas.

Dubitare non ausim, eas intelligere Scripturam sacram,
quando avertere nos, inter alia, faciem jubet à muliere
comita. Hujus quippe speciem admirati multi, sunt repro-
bi facti. Appage vero ex Medicina, Artium Nobilissima,
spurcitiem istam, quæ non Medicum solum, sed & o-
mnem hominem dedecet, & Censoria lege præscriptio-
neque digna est: quia inepta prorsus videtur, etiam ad
adulterinam decorationem, cum nou sit aut ad fallen-
dum satis ingeniosa; aut ad utendum satis commoda;
aut ad salubritatem satis tuta & innocua. Longe sanio-
rem foeditatem cutis tollendi, colorisq; gratiam inducen-
di viam iiiiit Pereximus D.N. BERNHARDUS
BARNSTORFF, Medicinæ Candidatus Clarissimus:
Cujus uti Prosapia, studium, & vivendi genus innotesce-
rent: sequentia nobis verbotenus sunt communicata.

Ego BERNHARDUS BARNSTORFF natus sum Paren-
tibus honestissimis, Rostochii, Anno M. DC XLV. 17. Septembr.
Patre PETRO BARNSTORFFIO, Pharmacopæo Rostochiensi
peritissimo, quem præopera morte, in ipsa infantia, Anno scil.
1652, piè in Christo defunctum amisi: Matre, adbuc per Dei
gratiam superstite, AGNETA SCHARFFENBERGS, ex hone-
sta & antiqua Scharffenbergianorum Familia oriunda. Hec,
Deo si disponente, Anno 1654. iterum despontata Viro integer-
rimo, Artisq; Pharmaceutica Peritissimo, GEORGIO HENRICO
WETDENKOPFIO, eundem pro Vitrico meo elegit: quem tñ., quod
ingenuè fateor, non ut Vitricum, sed ut naturalem & genuinum
Patrem semper & agnoscō, & veneror. Is enim, cum maie-

mer.

me a sollicitus fuit, ut cum verâ pietate in humanioribus primum
diligentissimè informarer. Quare Dno. CONRADO DEL-
BRÜGIO tunc temporis Phil. & Theol. Stud. nunc vero Pastori
Bölicheni vigilansimo informandum me commisit: cuius fideli
institutione per aliquot annos etiam usus sum. Postea me lcon-
credidit VIRO Plur. Reverendo, Amplissimo, & Excellentissimo
DN. MICHAELI COBABO, S.S. Theol. D. & Prof. Publ. longe
famiger atissimo, Patrono meo summopere colendo: qui, quodcum
temporis desiderabatur, supplevit, & tandem ad vitam Acad-
emicam me maturum judicavit. Missus ergo Anno 1664. in
Academiam Wittebergensem: publicas privatasq; Nobilissimo-
rum Dominorum Medicorum, in primis SENNERTI, SCHNEI-
DERI, & STRAUCHII, nec non clarissimorum Philosophorum
NOHTINAGELII, ZIEGRA, & WALTHERI lectiones, magno
cum fructu audivi. Duas itidem Disputationes Physicas, alte-
ram, de Occultis Qualitatibus, Anno 1665. sub Praesidio M. CA-
SPARIS Schönen: alteram de Filis Meteoricis, vulgo Filia-
mentis Mariae dictis, Anno 1666. sub Praesidio M. SEBASTIANI
KIRCHMAJERI, publicè Respondendo defendi. Biennio, & quod
excedit, ibidem feliciter transacto, in banc Academiam Patriam
reversus, studio Medico præprimis operam navavi sed dulam, Colle-
gia Nobilissimorum ac Excellentissimorum Dominorum Medi-
corum D. BACMEISTERI, D. WIRDIGII, D. DOBELII varia
tam publica, quam privata magna assiduitate frequentavi, &
sedulus fui auditor istius, in Collegio Practico & Chirurgico: Il-
lius, in Collegio Institutionum: Hujus, in Collegio Semeiotico-
Practico, & Aphorismorum, Hippocrati adscriptorum. Post-
quam hic per annum & sex menses substitisem, Bataviam visi-
tavi: in qua Illustris Academias, Gröningensem, & Ultraje-
tinam visitavi, & Leydensem tandem præ aliis, ob insignes &
maxime celebres Medicos STYLVUM, VAN HORNE, &
MARCHGRAFIUM, commorandi ergo selegi, lectionibus publi-
cis illorum & privatis semper vacavi, illisq; me totum erudien-
dum & informandum commisi. Hinc Collegia incepi varia sub
Nobiliss:

Nobiliss. D. SYLVIO, Practicum quoddam, in quo Ideam suam Praxeos Medicinae explicabat, & adhuc aliud practicum, in Nosocomio Academicō, ubi in ipsis Aegrotis morbos, eorum causas, & curationem detegebat. Sub celeberrimo VAN HORNE Collegium Chirurgicum & Anatomicum, in quo omnes totius corporis partes, earum situs, connexiones, & omnia nova inventa Anatomica ad oculum demonstrabantur. Sub Clariss. MARCHGRAFIO Collegium Chymicum, in quo dies noctesq; in operando suimus continui: Practicum de Materia Media, & Institutionum. Tribus præterea interesse mibi licuit Anatomis publicis: duobus, ab Excell: Dn. VAN HORNE: & una, ab Dn. SYLVIO institutis ex quibus omnib; quantum lucis hauserim, describere supersedeo. Per annum & quatuor menses ibidem commoratus, fluctibus me commisi: quibus superatis, Angliam intravi, ubi Londini ad quorundam Naturæ-Curiosorum alloquia admisi: nec non ad curationem Regiam quando Rex per impositionem manum & quorundam verborum adjectionem Scopulas curat: ex quibus non parum emolumenti ad me redundasse, grata semper mente recolo. Per Iustitiam Celebrioribus Regni Anglicani locis variis, & præprimis Academiâ Oxoniensi, migravi ad Gallos. & postquam varia Galliae loca & quidem satu celebria visitasse, Lutetiam tandem Parisiorum adii, Nosocomia aegroti referta, cum Cl. & Excell. Dn. D. BURDELOT assidue frequentavi, variaq; operationes Chirurgicas in aegrotis institutas vidi, ex quibus non parum commodi cepi. Ab hinc iter feci in Germaniam, & salutatis celebrioribus Germaniæ Academiis, Strasburgensi scil. Heidelbergensi, Erfurdeni, Jenensi, & Lipsiensi, sospes & incolumi ad Meos ante novem menses reversus, adhuc subsisto.

Sed vero, semestre forte est, quando dictus hic noster Barnstorius, debita observantia & Modestia summos in Arte ambierit honores. Admissus, ab Amplissima Facultate Medica, ad examen, proat vocant, rigorofum, talem se exhibuit, qui dignus judicaretur Examine publico subeundo. Scriptit hoc fine Disputationem aliquam Inauguralem, & prolixam satis, DE MORBO VIRGINEO: exhibit eam, jamq; jam ad publice defendendum sese offert. Postquam autem ex re fit non Facultatis tantum nostræ, sed & Totius Academiarum, ac præprimis Civitatis Patriæ, aegrotumq; multorum, exactius novisse, quid imposterum de hoc nostro Candidato habeamus sperare: lccirco est, quod MAGNIFICUM Dn. RECTOREM, UNIVERSUM UNIVERSITATIS, CIVITATIS, REVER. deniq; MINISTERII SENATUM AMPLISSIMUM, & quoscunq; LITERATOS & LITERATORUM, ARTIS præprimis MEDICÆ FAUTORES & CULTORES hæc mœnia cingunt, uti ad diem XV. Sept. ab aurora ad vesperam, in Acroaterio majori, Honorifica sua præsentia actū hunc disputationi solemnorem reddere, placidaq; insuper ac erudita collatione in Profectus Candidati nostri haud gravatim inquire, ipsiq; FELICITER! acclamare velint, meo, & Facultatis meæ nomine, Publico hoc Programmate officiose & solemniter invito. P. P. sub sigillo
Facultatis d. IV. Septemb M. DC. LXX

Nobiliss. D. SYLVIO, Practicum quoddam, in
explicabat, & adhuc aliud practicum, in
Ægrotis morbos, eorum causas, & curatione
HORNE Collegium Chirurgicum & Anatomiæ
partes, earum situs, connexiones, & omnia
demonstrabantur. Sub Clariss. MARCHGR
dies noctesq; in operando suimus continui:
stitutionum. Tribus præterea interesse mibi
Excell: Dn. VAN HORNE: & una, & Dn SYLVI
tum lucis hauserim, describere supersedeo.
dem commoratus, fluctibus me commisi; qui
Londini ad quorundam Naturæ & Curiæ orun
tionem Regiam, quando Rex per impositione
rum adjunctionem Scophulas curat: ex quibu
dundasse, grata semper mente recolo. Perlu
ni locus varius, & præprimis Academiæ Oxon
varia Galliæ loca & quidem satu celebria
rum adii, Nosocomia ægrotu referta, cum
due frequentavi, variasq; operationes Chir
quibus non parum commodi cepi. Ab hinc in
celebrioribus Germaniæ Academiis, Strasb
densi, Jenensi, & Lipsiensi, soipes & incolum
versus, adhuc subsisto.

Sed vero, semestre forte est, quando d
observantia & Modestia summos in Arte am
sima Facultate Medica, ad examen, proæ
buit, qui dignus judicaretur. Examine pu
ne Disputationem aliquam Inauguralen
BO VIRGINEO: exhibuit eam, jamq; iam
Postquam autem ex re sit non Facultatis tan
mia, ac præprimis Civitatis Patriæ, ægrot
quid imposter de hoc nostro Candidato
MAGNIFICUM Dn. RECTOREM, UNIV
TATIS, REVER. deniq; MINISTERII SE
cung; LITERATOS & LITERATORUM,
TORES & CULTORES hæc moenia cingu
ad vesperam, in Acroaterio majori, Honori
toriū solemniorē reddere, placidaq; insup
Candidati nostri haud gravatim inquirere, i
meo, & Facultatis meæ nomine, I
officiose & solemniter invi
Facultatis d. IV. Septem

mea sollicitus fuit, ut cum verâ pietate in huius
 diligentissime informarer. Quare Dno.
 BRÜGIO tunc temporis Phil. & Theol. Studi
 Bölicensi vigilantisimo informandum me
 institutione per aliquot annos etiam usus fu
 credidit VIRO Plur. Reverendo, Amplissim
 DN. MICHAELI COBABO, S.S. Theol. D
 famigeratissimo, Patrono meo summopere o
 temporis desiderabatur, supplevit, & tandem
 micam me maturum judicavit. Missus ei
 Academiam Wittebergensem: publicas pri
 rum Dominorum Medicorum, in primis SE
 DERI, & STRAUCHII, nec non clarissim
 NOHTNAGELII, ZIEGRA, & WALTHE
 cum fructu audivi. Duas itiaem Disputa
 ram, de Occultis Qualitatibus, Anno 1665.
 SPARIS Schönen: alteram de Filis M
 mentis Marie dictis, Anno 1666. sub Praeside
 KIRCHMAJERI, publicè Respondendo defens
 excedit, ibidem feliciter transacto, in banc
 reversus, studio Medico præprimis operam
 agia Nobilissimorum ac Excellentissimorum
 corum D. BACMEISTERI, D. WIRDIGHI,
 tam publica, quam privata magna assiduit
 sedulus fui auditor istius, in Collegio Practici
 lius, in Collegio Institutionum: Hujus, a
 Practico, & Aphorismorum, Hippocratis
 quam hic per annum & sex menses substitu
 tavi: in quâ Illustris Academias, Grönin
 genianam visitavi, & Leydensem tandem pr
 maximè celebres Medicos STLVUM,
 MARCHGRAFIUM, commorandi ergo se
 cis illorum & privatis semper vacavi, illa
 dum & informandum commisi. Hinc Co



primum
 DEL-
 Pastori
 us fidelis
 me icon-
 ntissimo
 bl. longe
 uod tum
 Acade-
 64. in
 ilissimo-
 CHNEI-
 phorum
 magno
 is, alte-
 M. CA-
 go Fila-
 ASTIANI
 , & quod
 Patriam
 m, Colle-
 im Medi-
 I varia
 avi, &
 ico: Il-
 meictico-
 . Post-
 iam visi-
 s Ultraje-
 signes &
 R.N.E., &
 bus publi-
 erudien-
 varia sub
 Nobilitate

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.:
 Patch Reference numbers on UTT